

V I T A

Ex editione Mabilionis & duobus Mss.

I Omnipotentis Dei benignitas, compatiens errori humani generis, quod ab antiquo serpente cælius concessa denudatum gloria, ignorantia damnatur tenebris; divitiis misericordiae suae in ejus restoratione exhibere voluit, ut ad gloriam lucis de qua cæcum aberraverat, rediret per lumen, quod ei ineffabili gratia administravit. Aditum siquidem Paradisi lapsus hominis primi, Cherubim custodia & flammeo obstruxerat mucrone; quem propitia Patris æterni pietas in Christi sui referavit passione, portatque cæstis Jerusalem rutilantium gemmarum clarissime lucenti illustravit splendore; ut earum lumine illustrati, & veteribus tenebris purgati, ingrediamur absque offensione aulam caelestis convivii, ad quod æternaliter percipiendum invitavit nos gratia Regis nostri. Gemmas illas infinitæ claritatis suæ illuminat gratia, quæ scilicet Sanctorum sunt nobis proposita exemplaria merita, ut eorum doctrinam & vitam imitando, perveniamus ad eorum sancta confortia. Inter quos venerabilis vitæ Patres Adulphum & Botulphum, quorum merita hodiernis celebrare conamur laudibus & præconiis, gratuita pietate præclaris extulit virtutibus, & competentibus vitæ documentis; ut eorum institutione eruditi, per viam qua præcesserunt, inoffensis sequemur vestigiis. Dicamus in primis, prout donaverit Dei gratia, & mundi interdum probabilis edocet a fama, qui fuerint, vel qualiter cursum vitæ in præsentis theatro compleverint.

1. Antequam in Britannia Christiana Religio dilataretur, nobilibus orti natalibus germana b natiuitate & caritate devincti, studiis nox iniantur caelestibus. Nati sunt de Saxonica gente, e quæ Britanniam bellicâ acquisierat virtute, & fidem Christianæ Religionis per diversos doctores didicerat; sed adhuc rudis perfectionem caelestium documentorum & altioris vitæ non attingerat: soboles ergo suas quique Nobiles ad antiquam stirpis suæ altricem dirigunt Saxoniam d, ut ibi plenius addicerent & sanctæ Fidei gloriam, & sanctæ conversationis in apostolicis institutionibus disciplinam. Hoc modo utrique transferant medium pelagus; & ut apes mellis gratia, fervide diversis insident floribus, sic Sanctorum requirunt cœnobita, expetunt colloquia, percipiunt documenta. Itaque ergo monasterialibus imbui regulis, & sanctis vitæ arctioris informari disciplinis, tandem exiunt habitum mundi, & induunt armaturam Dei; parati scilicet resistere impugnationibus diaboli: attonsi comam capitis, gradus perfectioris potestatem adepti sunt docendi.

2. Qua gratia priorem fratrem, sanctum videlicet e Adulphum, personavit fama in Regis f aula: unde ejus favore populique petitione sublimatur in Pontificali Cathedra, fitque summus opere & doctrinâ in Christi Ecclesia. Inthronizatus autem in Trajectensis g Ecclesiæ honore, susceptum honorem condigno decoravit labore. Vigilavit enim ut vir sapiens in præ-

ceptis Domini, assidua sollicitudine excubias celebrans ovilis sui, ne insidians lupo detrimento aliquo insultaret sibi commisso gregi. Instat operibus misericordiae in pascendis pauperibus, vestiendis indigentibus, corrigendis errantibus, consolandis mœrentibus; ut eandem pietatis vicem consequeretur à Domino, sicut promittit in Evangelio: Beati, inquit, misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Jejunia prosequitur vigiliis, vigiliis intendit psalmodiis, psalmodias sanctificat piis lacrymis; actu prævenit doctrinam, in omnibus sanctam agens vitam: postremo, ut finem imponamus verbis, in omnibus se exhibet sicut decet servum Dei. h

3. Beatus vero i Pater Botulphus divina reservatus pietate, ut in doctrina & conversatione sancta nativæ prodesset patriæ suæ; postquam Dei gratia & diutino proficeret sanctæ religionis fervore; disposuit jam ad Angliam pro caritatis studio repedare. Erant autem in eodem, quo morabatur k monasterio, duæ sorores Edelmundi l Regis, qui tum Austrakibus præerat Anglis: quæ Patrem Botulphum diligebant, sicut præcipuum doctorem sanctitatis & castimonie, & plurimum ob studium gentis suæ. Adhuc siquidem m tenellulæ, missæ fuerant ultra mare ad discendam in monasterio disciplinam sophiæ caelestis. Beatum autem & dilectum Doctorem audientes velle repatriare, mandata imponunt perferenda Regi fratri ac genitrici Reginae, quæ Sywara nomine sustinebat pariter regni sceptrum, propter adolescentioris filii ævum immaturum. Perveniens tandem Pater Botulphus in nativam n patriam suam, imperitis eatenus vitæ regularis attulit normam, & monasticis observationibus [magnus legislator] o antea incognitam viam. Suscipitur autem honorificè à Rege & Regina, pro auditu & vitu approbata religionis ejus reverentia, & devoto affectu in necessariis sumptibus larga impenduntur obsequia.

4. Auditis vero sororum suarum petitionibus & mandatis, ut in construendo monasterio aliquando fundum illi concederet ob amorem divinæ mercedis; interveniente studiosius Regina quam prædiximus, gratior factus est tam ipsi Regi, quam cunctis regni Principibus. Ad consolationem enim servi sui Deus cor ejus gratia sua inspiravit: & ejus petitioni ac desiderio benevolam reddidit ipsam Regem. Convenerant in eodem tempore alii Anglorum p Reges Adelherus & Adelwoldus, ejusdem Edelmundi propinqui: eique suggererunt exaudire petitionem viri Dei. Ipsi quoque de prædiis suis, si suscipere vellet, cupiebant illi offerre, & largiri devota mente ad cultum caelestis ministerii. Sed vir religiosus Botulphus, ne qua alicui inferretur molestia sui causa, & quia circa eundem Regem carnales amici sui tractabant à secretis regalia sub eodem Rege, perstitit in petitione sua. Petiit enim simpliciter, non ut aliquem regia violentia de jure hereditario causa sui repellat; sed potius de incultis terris suis, sive possessore carentibus, sibi tantum concedat, ut ecclesiam construere, & in ea divinis legibus servientes Fratres posset q adunare: quorum de placita conversatione, ac devoto interventu, regnum ejus

Prologus Auditoris,

B legenda in eorum festo scribentis ex fama.

Adulphus & Botulphus ex Britannia egressi

Monachi sunt.

e f Adulphus, creatur Episcopus.

g

D

Botulphus

k l E

m accepta à sancti monialibus institutione reverentia in Angliam

o honorificè accipiunt:

p petit monasterio construendo locum,

q

sed incultum & derelictum:

tem-

A temporaliter firmari, & æternaliter in cælis possit perennibus præmiis remunerari. Quid plura? Annuit tandem benignissimus Rex piæ petitioni, ejusque in construendo monasterio, ubicumque illi gratia Dei ostenderet, liberæ concessit dispositioni.

6 Circuivit proinde indefessus **B.** Botulphus vasta & ab hominibus deserta: & circumquaque consideranti tandem Ykanno complacuit, ut constructis inibi competentibus edificiis religio monastica illic propagaretur. Erat autem eadem eremus, ut à christicolis derelicta, sic à dæmonibus possessa; quorum phantastica illusio per tanti militis Christi adventum inde fuganda erat, & pia conversatio inducenda; ut ubi usque tunc abundavit diaboli fallacia, superabundaret ex tunc Conditoris nostri gratia.

7 Ad ingressum ergo beati Doctoris Botulphi, fumus exhalat teterrimus: & agnoscentes fugam suam imminere, horrendis personant clamoribus, dicentes: Locum hunc longo incoluimus tempore, ac in sempiternum putavimus incolere: quoniam nusquam alium habemus. Cur, ô Botulphe, lævissime hospes, his nos depellis sedibus? nihil te offendimus, nihil tui juris inquietavimus. Quid petis in expulsionem nostram, cum totus orbis tuis inclarescat meritis? Quid tenebras nostras scrutaris? Inhumanè agis, omni neglecta pietate; quod ab omni profugatos orbe, ab hac etiam miseros expellis solitudine.

8 Beatus vero Botulphus, Christi athleta eximius, oratione prælibata constanter inane compescuit turbam. Nam edito Crucis signo in obscœnam vertit fugam: & potenti verborum virtute interdicit illis regionem sibi concessam. Expulsis ergo scandalorum satellitibus in Christi Cruce, præfiguratur cælestis signum potentatus, & construitur aula divini incolatus. [Brevi namque elapso tempore, adinstar monasteriorum, in quibus conversatus fuerat in partibus Galliarum, cœptum opus perfecit, cooperante sibi in omnibus divina pietate].

9 Congregat deinde pastor bonus in septo cælesti oves Christi: easque per salutifera pascua ducendo, docet interni evitare discrimina, & præparare ad gaudia florentis paradisi. Instat operarius in vinea Christi fideliter excolenda. Laborans itaque die ac nocte incessanter, & quæque inutiliter succrescentia falce cæli resecauda, & studiosius emundanda commissa vitæ; ut de ipsius uberiore fructu æterna exultaret jucunditate, [corpus expone non formidabat.]. Apostolicam enim doctrinam, & Sanctorum Patrum instituta assidua in se observans diligentia, subjectos in hæc hortatur & docet exempla, ne reproberentur à sua devius doctrina; quod transmarinis partibus districtiori vitæ & regulari consuetudine memoriter repetendo, quotidianis inculcationibus subditos contuevit solita [docere] mansuetudine. Ubi vero res petebat, pastoralis invitat & cogit auctoritate; pius videlicet, secundum Apostolum, in subditis; asperior in laxioribus & negligentibus præcepta salutis. Secundum vero beatum Patrem Benedictum, vetera novis, & nova veteribus miscens, antiquorum instituta per se intellecta discipulos edocuit; & in viam omnium

Tomus Junii III.

nem veritatis & sanctitatis informavit.

10 Diligebatur ab omnibus, tam his qui eum noscere poterant transmarinis, quam à Scotis patriæ & suæ vicinis: quia quæ ore personabat, exemplis ostendebat. In nullo arrogans, in nullo tumidus, quid [probum] vel quid improbum demonstrans; sed in omnibus mitis & humilis, dulcis enituit & affabilis. Relatum est sæpius ab his qui ejus instituti sunt disciplina, ejusque dum viveret, usi sunt præsentia, quantis miraculorum signis ex Dei gratia essulterit; quanto prophetiæ spiritu vates veridicus claruerit, ut interdum futura, ac præterita annuntiaverit sæpius. Quanta etiam corporis infirmitate pressus, in gratiarum tamen actione cum beato Job patientissimus perstitit. Semper de profectu animarum habebat colloquium; semper de gaudio æternæ felicitatis in ejus ore verlabatur eulogium; ne quando ab his vacans linguæ videretur neglexisse organum. Talibus ergo vitæ argumentis & institutionibus homo Dei exegit ævum: talibusque ad condignum Pater Angelicus pervenit senium.

11 Appropinquante autem vitæ suæ termino, graviusque invalescente morbo, pia tamen non defecit intentio; sed caros quos Christo divinis dogmatibus filios fecerat, verbo commonet eos propitio: & de observandis regulis monasteriorum, quæ peregrinus petierat, loqui & sæpius repetere dulce ac delectabile dicebat. Sed longis virtutum studiis adornatus Christi miles indefessus, longa etiam invalidudine commoratus inter Fratres senex gloriosus; tandem, evocante ipsum Deo de carnis ergastulo, exutus est homine terreno; discipulis circumstantibus, & egressum ejus cælestibus exequiis ac dulcibus lamentationibus prosequentibus: quorum gemitibus & lacrymosis suspiriis comitatus, post longos hujus vitæ labores, cælo infertur coronandus; ut illam Domini sui vocem lætitudinem audire mereretur in æthereis sedibus; Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. Sepultus est igitur à discipulis suis in eodem quod construxerat monasterio, quinto decimo Kalendas Julii: ubi eodem interveniente multa gloriosa fiunt miracula, ad laudem & gloriam Domini nostri Jesu Christi; Qui cum Deo patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus trinus & unus, per infinita secula seculorum. Amen.

ANNOTATA. D P.

a Hinc satis intelligitur, ex sola fama scripsisse Auctorem de utroque, & solum habuisse aliquid de fine Vita S. Botulphi, à num. 4. inchoandum. Prologum autem hunc Capgravius prætermisit.

b Non magis quam SS. Gildardus & Medardus, dimidio fere seculo remoti ab invicem.

c Id de Botulto credi cœptum quia talis erat Adulfus.

d Franciam intellige: necdum enim in Saxonia nullum erat monasterium ætate S. Botulphi. Adulfus forte in Frisia veteris Saxonia parte Monachum induit sub S. Willebrordo.

e Imo diu post alio genere editum.

f Fortassis Carolomanni vel fratris ejus Caroli,

Ecc

roli,

D
EX MA.
EX MS.
x

y
claret mirā,
culis, & spi-
ritu propheti-
co.

senex piè in-
tuitur

in suo mona-
sterio sepul-
tus 27 Junii.

valem accipit
sed à demoni-
bus infestum.

quibus signo
Crucis fugam

construit mona-
sterium:

diligenter in-
struit sub-
ditos

A roli, filiorum Pippini Regis.
EX MAB. g Ordinatus à S. Bonifacio Archiepiscopo Mo-
EX MS. guntino post obitum S. Willebrordi, sicut verosimi-
 liter teneri posse jam ostendi.

h Generalis hac laus cuique sancto Episcopo
 posset adscribi: interim tacetur, quomodo vel
 quando in Angliam Adulphus redierit, & apud
 S. Botulphum sit sepultus; indeque apparet, ex
 hoc solum quod conjunctim colantur ambo, sum-
 ptam occasionem utriusque natalis, educationem,
 & vna tempus confundendi.

i Hic incipiunt duo Mss. nostra, omittunt-
 que particulam vero: & sic potuit auctor in-
 venisse ultimam solius Botulphi Vitam; qua sola
 etiam in Belgium transit, prius fortassis quam
 priora ista in Anglia scriberentur, substituenda
 parti amissa.

k Forte Brigensi seu Eboriacensi monaste-
 rio, quod modo S. Pharae dicitur, aut cer-
 to Jotrensi Andilegove; inquit Mabilio, me-
 rito pro Saxonia Franciam substituens. Eas an-
 tem illuc mittendi auctor patri Sanctus fuerit,
 qui ipsas etiam potuit baptizasse, primis septem
 annis ut infra dicitur, versatus in aula illa, pri-
 usquam secederet.

l Utic. Ms. Edelmundus, Capgr. Ethelmin-
 dus, Slesw. Brev. Edmundus, Mss. nostra Eth-
 mundus, cui ostendimus locum esse potuisse inter
 Australes olim Saxones, postea Anglos dictos.

m Hinc persuadeor, Reginam matrem Christia-
 nam fuisse, ac forte ex stirpe Regum Orientalium
 Anglorum, aut etiam sororem Regis eorum Sige-
 bertis, per quem anno 636 in Gallia baptizatum
 tota natio ad Christum adducta est. Et enim qui
 infra nominantur alii Anglorum Reges Sigeberti
 istius, vel fratres vel filii & successores, di-
 cuntur ipsius Edelmundi fuisse consanguinei.

n Recte, si totam insulam intelligas, quate-
 nus uno communis nomine Angliam & Scotiam
 comprehendis; sed hoc fuerit contra mentem Au-
 ctoris, ex supradictis notam.

o Desunt hac verba in nostris Mss.

p Scilicet Orientalium, aliis Angliis Ethel-
 herus & Edelwaldus praerant.

q Utic. Ms. Adjuvare, melius nostra &
 Capgravius.

r Ita etiam idem Capgravius Ms. Utic., San-
 tissimus hospes.

s Mss. nostra, tota urbs.

t Hac licet absint à nostris Mss. genuina ta-
 men esse puto, & quidem primi Auctoris, ha-
 beri tanto certius debere, quanto evidentius refel-
 lunt errorem Auctoris secundi, Botulphum ad
 monasteria Saxonia amandantis in suo supple-
 mento.

u Hac licet omnino necessaria ad sensum, ex-
 ciderant scriptori Codicis Uticensis: ut etiam mox
 verbum, docere.

x Idem Ms, quam à patriæ suæ nativis
 incolis: quod licet clariorem sensum videatur
 facere, obscuras tamen notissimam vera patriæ,
 quam Scotiam fuisse tenemus ex Breviario Sles-
 wic.

y Hac omnino persuadent, Auctorem, unde
 sumpta sunt, Sancto asate supparem, Bedæ syn-
 chronum fuisse.

z Incertum quo anno, inquit Mabilio, ac
 cum Botulfus monasterii sui fundamenta po-
 fuerit anno 654 & grandævus decesserit, fa-
 cile ad annum 700 pervenire potuit. Idem
 & ego censerem nisi ex Breviario Sleswicensi

discerem, annis circiter 20 elapsis ex quo in An-
 glia cœperat conversari prius quam monasterium
 istud conderet, adeoque post initium seculi ipsius
 natum; nisi velimus fere centenarium obuisse.

EPITOME VITÆ

Forfan antiquioris & integrioris.

Ex Breviario Sleswicensi.

Postquam fides D. N. Jesu Christi ubi-
 que terrarum claresceret; fuit vir Deo
 dignus, Bothulphus nomine, ex illustri prola-
 pia Regum Scotorum oriundus; qui dum post
 obitum patris a regnum suscipere cogeretur;
 ipse propter Dei amorem, non solum re-
 gnum, sed & patriam derelinquens, in An-
 gliam est profectus. Ubi à Rege Angliæ
 Edmundo devote susceptus, non multo post,
 jubente eodem Rege, ad sacros Ordines est
 promotus.

2 Cum autem septem annis cum eodem
 Rege commoratus fuisset, supplicavit ei ut
 sibi locum tribueret, ubi liberius Domino
 deserviret. Qui locum pulcherrimum ei
 assignavit, rivulis cujusdam fluminis undique
 circumseptum. Ubi ad honorem Dei ædifi-
 cata ecclesia, cœpit per divinam gratiam mul-
 tis clarescere signis. Viro autem Dei ibidem
 cum discipulo suo commorante, quadam die
 pauper homo januam pulsans petebat eleemo-
 synam propter Deum.

3 Jubente sancto Patre ut discipulus ei ali-
 quid daret, respondit ille se nihil habere
 pro toto victu corporis, nisi unicum panem:
 quem ille iussit in quatuor partes dividi, &
 unam earum pauperi dari. Quid plura? Ve-
 nientibus tribus aliis pauperibus reliquas tres
 particulas erogavit. Cum igitur de hoc di-
 scipulus murmuraret; ait vir sanctus, Noli,
 fili, turbari: potens est enim Deus totum
 restituere nobis. Vix verba compleverat, &
 ecce quatuor naviculæ onustæ cibo & potu,
 per prædictum fluvium trahebantur, quas
 omnipotens Deus per suos fideles viro sancto
 ministrabat.

4 Quadam vero die, à prædicto Rege vi-
 sitatus, petivit alium locum ad inhabitan-
 dum: eo quod in priori loco nimis ab
 immundis spiritibus infestabatur. Cujus præ-
 cibus Rex annuens, super fluvium Ta-
 misiam ei aptiorem locum dedit. In quo
 loco vir Dei ædificavit ecclesiam in honorem
 S. Martini. Manens autem in eodem loco,
 gallinas nutrire cœpit: quas aquila de vici-
 na silva veniens rapere solebat. Sed cum
 quadam die gallum rapuisset, vir Dei com-
 minatus est ei: quæ statim veniens gallum
 vivum ante pedes ejus posuit, sicque cadens
 expiravit.

5 Evolutis autem annis decem & tribus in
 eodem loco, venit hostis antiquus in specie
 colubri, viroque Dei gravem mortum infli-
 xit. Ob quod iterum Regi institit, ut alium
 locum sibi daret. Qui duxit eum longe à
 mari, in vastam solitudinem: ubi cum per
 spinosa loca procederet, pervenit ad quam-
 dam vallem, quæ rivulum aquæ habebat;
 & ait vir Dei: Hic est sedes e. In illo ita-
 que

Ex Scotia in
 Angliam
 transgressus;

post an. 7 sibi
 ac succu-
 rium prout:

unicum pa-
 nem largium
 pauperum;

multis
 cepit:

alio trans-
 gressus;

d
 aquilam gal-
 lina infestam
 necat.

Post annos 13
 ad solita
 nem migrat;